









2. D. B. V.

# DESCRIPTIONES CENSUALES

*Decreto & auctoritate*

Magnifici Jctorum

Ordinis in Electorali ad Albim

*Sub Praesidio*

VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi,*

DN. WILHELMI LEISERI,

Jcti & Antecessoris famigeratissimi, Cu-

riae Electoralis, Scabinatus, & Facultatis Jurid. Adsesoris lon-  
ge gravissimi h. t. DECANI SPECTATISSIMI

*Dn. Praeceptoris, Patroni ac Promotoris usq; de vene-  
randi,*

Publico Examine subijciet

PAUL. CUNRAD. Mitternacht/Geranus.

A. & R.

*ad d. 5. Apr. Anni 1671.*

in Colleg. Jctorum.

WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS MEYERI.



*Sib. L. Cito*

P 184.

16

8

1671





REVERENDISSIMI,

AC.

SERENISSIMI,

PRINCIPIS. AC. DOMINI.

DN. MAURITII.

DUCIS. SAXONIAE. JUL.

CLIV. AC. MONT.

POSTULATI. ADMINISTRATO-

RIS. EPISCOPATUS. NUMBURGENSIS. LANDGRAVII. THU-

RINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. NEC. NON. SUPERIORIS.

AEQVE. AC. INFERIORIS. LUSATIAE. PRINCIPIS. IN. COMITA-

TU. HENNEBERGICO. COMITIS. MARCAE. ET. RA-

VENSBURGI. DYNASTAE. RAVENSTEINII.

BALIVIAEQVE. THURINGICAE.

VICARII.

DOMINI. MEI. MULTO.

CLEMENTISSIMI.



SERENISSIMO. AC. CELSISSIMO.  
FILIO.  
PRINCIPI. AC. DOMINO.  
**DN. MAURITIO.**  
**VVILHELMO.**  
DUCI. SAXONIAE. JUL. CLIV.  
AC MONT.  
LANDGRAVIO. THURINGIAE.  
MARCHIONI. MISNIAE. UT. ET. UTRIUSQUE.  
LUSATIAE. PRINCIPI. IN. COMITATU. HENNEBERGI.  
CO. COMITI. MARCAE. ET. RAVENSBURGI.  
RAVENSTEINI. DYNA-  
STAE.



VIRTUTIS. PATERNAE. AEMU-  
LO. ET. HAEREDI.  
FELICISSIMO.  
PRINCIPI. IMMORTALI. MAJO-  
RUM. GLORIA.  
MAGNO.  
EX. PIORUM. SUBDITORUM.  
CIVIUM. SPE. CERTISSIMA  
MAXIMO.  
OLIM. REGNATURO.  
DOMINO. MEO. CLEMEN-  
TISSIMO.

exiguum hoc comparatae sibi legalis scientiae spe-  
cimen ea, quae decet, demissione d. d. d.

*subjectissimus ac devotissimus*

Paul-Cunrad. Mitternacht.





**D**uo in universum tempora sunt, intra quae res uti recte riteq; gubernetur publica, interest. Bellorum puta atq; pacis. *Justin. in praef. Inst. pr.* His namq; cancellis interclusit Natura superior tristiores aeq; ac laetissimos eventus mortalium omnes. Atq; adeo in utrumq; Principem armavit Imperium, quod & praesentia dimetitur, & futuris nil minus formam dat negotiis; *No v. 105. pr.* alto quidem somno vigiliis ut elocet, armaq; curet; ac caetera ad bellum paret. Quod arctissima pacis subintret sollicitudo atq; expectatio. *Roland. à Valle consil. 1. n. 105. seqq. vol. 2.* Fallor an haec omnia satis exsequatur necessaria magis, an magis utilis isthaec censuum exactio? Quam talem ipse DEUS populo benedicto designavit, *Exod. 30 v. 12. 13. Num. 1. v. 2. & XXVI. 1. 2.* Solon etiam Atheniensibus, (Plutarch in Solon.) & sic Romanis quoq; demonstravit; quibus eamdem confirmavit Salvator non exemplo solum suo *Matth. 17. v. 24. C. 28. XI. qv. 1.* Sed vero praeterea definitiva isthaec famosa: Date Caesari, quae sunt Caesaris, *Matth. 22. v. 21*

Sane Censura id intra se habet, ut omnem ex hauriat civium numerum: ordinem aeqve ac aetates cernat; munera deniqve ac onera perpetuâ intersecet cohaerentiâ. Ille etiam concisior sufficiens videbatur aliquando Philosopho, adeoq; ut ne exresceret abortu quoq; foeminarum temperandum svadebat. *VII. Polit. 16* Romanis vero admodum adrisit, quod armis explicandis (in quibus fortunas suas positas volebant) aptior esset, prolixior, ut mirum non sit, si magis liberales habuerit Legumlatores in provocandis ma-  
A trimo-



rimonis, Ulp. fragm. de sol. capac. inter V. & U. Jul. Paul. Lib. IV. recept. sent. Tit. 9. l. 63 pr. l. 64 ff. de condit. & demonst. t. t. C. de indicta vid. toll. Cujac. ad d. t. C. & alium de infir. poen. coelib. Brisson. L. III. select. antiq. c. 3. adde de Lege Papia Poppaea, Lege item Jul. de marit. ordinibus. Anton. Augustini Libro de LL. & SCTis p. 75. III. 112. Item de Jure Liberorum sing. tract. Marci Vertranis Mauri. quam Aediles forsan Cereales, aut praefectos etiam annonae in dispescendis annonis civilibus. fac. tot. Tit. C. de annon. civil. de Can. frument. Urb. Romae. de frum. Urb. Constant. de Condit. in publ. horr. Cujac. in rubr. C. de offic. praefect. annon. Lips. Lib. 2. de magn. urb. Romae. &c.

ORDINUM similiter conservatorum non unam putarunt prudentes ubiq; utilitatem. Nihil certe est aliud, quod per cupitos magis tramites traducat gloria majorum: quae posteris quoq; lumen est, ad quod festivius praeclari facinoris famam quaeritent. Sic enim plerumq; similes parentibus suis filii creduntur, Fab. lib. V. cap. 19. Gvevar. Horol. Pr. l. i. c. 1. pag. 3. Imposita utiq; videtur nobilibus necessitudo à majorum gloria ne degenerent dicente Boëtio lib. II. de consul. Phil. prosa 6. Habet hoc ingens aemula posteritas calcar; quam & Pater Aeneas & avunculus excitat Hector. Adde comment in Tit ff. de Senat. it. de Decurion. & fil. passim Ulp in fratit. 13. Sigon. de A. J. civium Romanorum.

AETATEM compendifacientes cum MUNERIBUS solum conferamus. Ecquis non advertit, hic vero verti publicae salutis cardinem in censoria illa notitia, qua maturitate possit Resp. in partibus quibusq; credendis gubernari? arg. l. 8. ff. de mun. & hon. aliisq; multis texx. cumulatis illic à Gothofred. n. 87. adde Rosin. L. 8. A. R. c. 9. p. 697. C. A. Rupertum obs. ad C. Vellej. Patere. l. i. c. 12. §. 3. p. 88. Et vero ONUSTRIBUTARIUM ipsum se se evolvit satis. Quod interclusos licet intra parietes domesticae etiam majestati privatae adaperiunt necessitudines  
l. i. ff.



*l. 1. ff. solut. matr. l. pro oneribus C. de Jur. dot.* Prin-  
 ceptus autem veluti Sponsus est Reip. Huic ergo jure  
 suo levamen fit oneris ferendi *arg. l. 2. ff. de Jurisdic. vid. Plin.*  
*in par. ad Traj. Selden. de J. N. G. l. 6. c. 17. & 18.* Jam vero de  
 bello constat, id in omnem aetatem argenteum futurum es-  
 se, cujus nervi sint pecunia, dicente Mutiano Duce *ap. Dionem*  
*in Vespas.* Nec credam reperiri multos praeter Machiavel-  
 lum *l. 2. de Rep. c. 20.* & Francisc. Patrit. *in suis paral. militar. l. 5.*  
*c. 10.* qui plane dissentanea hic afferunt. Puto, quod non sa-  
 tis territi essent domi suae Sfortianis illis miseris; aut Laco-  
 num & antiquiori, sed aequè in expectato eventu. *Arist. 2.*  
*Polit. 7. in f. mille praeterea aliis. vid. Scip. Ammir. l. 18. dis. pol.*  
*super Tac: disc. 9.* Quanto vero rectius ille *IV. H. 24.* Neq;  
 quies gentium, sine armis; neq; arma, sine stipendiis; neq;  
 stipendia sine tributis haberi queunt. An vero rem omnem  
 persvaserit magis Justinianus? Ita ille *Nov. 101. c. 2.* Neq; enim  
 aliter conservare licet Remp. nisi pientissimae praestationes  
 importentur in publicum, ex quibus & militares nutriun-  
 tur copiae, ut resistatur hostibus, & per agros ac urbes agantur  
 excubi ae: perfruuntur item reliqui ordines ad tributis sibi  
 salariis reparantur quoq; muri & urbes, deniq; omnia alia  
 proveniunt, quae communem subditorum utilitatem con-  
 cernunt. *adde sis etiam Philosophum l. 7. Pol. c. 8.*

Ex censura vero omnia isthaec obveniunt commoda !  
 Ut merito suo Livius Servianam illam ad pellaverit, rem salu-  
 berrimam tanto imperio futuro. *Lib. 1. Hist.* Quae quidem eis-  
 dem cum temporibus inclinare coepit, uti adnotat. Bodinus  
*l. 6. c. 1. p. m. 622.* perire plane ac subverti non potuit, Sicut nec  
 ipsum Imperium, Legibus fortassis aeternis stabilitum *Nov.*  
*1. Caspianus catal. glor. mund. p. 5. consid. 27. Reinking. de R. S. & E.*  
*l. 1. clas. 2. c. 1. Sylvester zum Vrenthal in aquila Imper. R. G. passim.*  
*IV. Beeker Syn. J. P. Lib. 1. c. 2. §. 3. eum omnibus aliis IV. Monar-*  
*chistis.*





Super quo nil quidem nunc definimus, vota magis in nostras vertentes operas, quibus materiam hanc de Censibus ex l. 4. ff. b. t. penitus aliquantò perscrutari intendimus ex composito magis obsequii, quod ILLIS, qui haec jusserunt tentamina debere nobis gratulamur, quam vel artis, vel intelligentiae nostrae. Quam nullam adeo aut exiguam in nobis agnoscimus, ut omnem spem ad solam referamus summae Trinitatis providentiam, unde mundi totius elementa processerunt & rerum dispositio in orbem terrarum producta est, l. 1. pr. C. de vet. iur. enucl. Quem magnum DEUM & Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM & ejus auxilium semper invocamus. Nov. 85. pr.

### CAP. PRIMUM

#### Praemittit generalia de Censu, Censoribus, & omni familia censuali.

Census à Censeo est. *Becman. orig. L. L. p. 260.* atq; hinc Censores l. 11. de V. S. l. 2. §. 17. de O. 7. Censitores rubr. C. de cens. & censit. Censuarii l. 7. C. de bon. proscript. Censuales l. 2. & 4. C. de Princip. ag. in reb. aliaq; Censualia multa in l. 2. C. de priv. eor. qui in sac. palat. mil. l. 18. C. de testā. l. 4. C. de agric. & censit. l. 1. C. de jure Emphyt. Est autem censere nonnunquam arbitrari, putare ex Nonii Caspigi, autoritate ap. Pratej. in Lex. Aliquando consulere & svadere Liv. l. 10. c. 12. Patres censuerunt & populus jussit. A Prudentibus quoq; nostris SCra his potissimum verbis: SENATUS CENSUIT: signari animadvertit Brisson, l. 2. de Form. p. 195. exemplo l. 20. §. 6. ibi: de qvare ita censuerunt, junctā l. 25. §. Consuluit Senatus ii. ff. de hered. petit. Sed etiam constitit vere significat & praecipere Javolenus in l. 111. de v. s. unde dicere solemus; censeo hoc facias, & semet aliquid censuisse. Potissimum vero quoad sensa nostra aestimare designat.



gnat: aestumare nimirum res, atq; personas, indeo; tribu-  
tum imponere. Graecis ἀποτίμωσις & apud Lucam Act. 5. ἀπο-  
τιμωσις. Ut census nihil aliud sit, quam ἀποτίμωσις τῆς ἐοίας  
sive descriptio agrorum & reliquarum fortunarum in cen-  
sum deferri solitarum. Ex cujus perpetua inhaesione nunc  
*objective* pro eo, circa quod occupatus est censor, patrimonio  
puta unius cujusq; & substantia sumitur in l. 16. pr. ad scutum  
Trebell. l. 27. v. *sin autem non. C. de Episc. audient.* notum illud  
Ovidianum, l. Fast. 217.

-- -- -- Dat census honores,

Census amicitias -- -- --

Mox *subjective* pro ipsis tabb. Censualibus in l. 64. de A. R.  
D. l. 4. ff. b. t. l. 10. de probat. quomodo Theophilus in §. fin. Inst. de  
Libert. dixit, quod Census sit tabula s. charta, in qua Romani  
scribebant suas facultates, ut belli tempore pro modo pa-  
trimonii sui unusquisq; conferret. Tandem *consequutive*  
pro tributo omni, quod Principi in recognitionem universa-  
lis domini, inq; auxilium & tuitionem Reip. penditur. rubr.  
ff. t. 5. c. de Censibus rubr. m. l. 2. c. sine Cens. vel reliqv. fund. com-  
par. non posse it. tot. t. c. si propter publ. pensit. Franzk. de Laudē.  
c. 10. n. 21. sequent. Wesenb. ad ff. b. t. n. 1. quam qui omittit pen-  
sitationem Hermogeniano l. 53. ff. de Judic. Census dicitur  
reus: puta fraudati census, uti loquitur l. 1. c. de Quaest. 5. c.

§. 2. In censum autem primus omnium Romanos S. Tul-  
lius, Regum penultimus retulit, à quo Pop. Rom.  
digestus in classes, curiis atq; Collegiis distributus;  
summaq; Regis solertia ita est ordinata Resp. ut o-  
mnia patrimonii, dignitatis, aetatis, artium, officiorum, di-  
scrimina in Tabb. referrentur, ut sic maxuma civitas, mini-  
mae domus diligentia contineretur. affirmat hoc Florus l. 1.  
Rep. Rom. c. 6 Halicarn lib. 4. & c. Mox pulsus Regibus Consu-  
lare id munus habitum, penes quos summum jus uti esset le-



ge rogatum erat. *l. 2. §. 16. de O. J.* Sed quum Cofs. quod mul-  
-rum bellorum immineret, non sufficerent & jam majori  
tempore census agendus esset (totos quidpe annos XVII. po-  
-pulus in census fuerat) proprio magistratu res indigere v sa  
fuit, cui scribarum ministerium, custodiaeque & tabularum  
cura, arbitrio formulaeque censendae subjicerentur. *Luc. Fe-  
-nestell. de Magistr. Rom. c. 17. Lib. 11.* Adeoque anno U. 310. M.  
Gegano Macerino & Tito Quinctio, Capitolino Cofs. pri-  
-mi Cens. constituti sunt Papyrius & Sempronius in quin-  
-quennium proximum. *d. l. 2. §. 17. de O. J. Liv. lib. 4. c. 8. Pomp.  
-Laetus de Magistr. Rom. c. 21.* Quibus licet mox decrescere vi-  
-derentur anni, potest tamen immensum quantum aucta  
fuit, ut morum disciplinaeque Rom. penes eam regimen, Se-  
-natus Equitumque, centuriae decoris dedecorisque discrimen  
subditiōe ejus magistratus publicorum jus, privatorumque  
locorum vectigalia populi Rom. sub nutu arbitrioque essent.  
*Liv. d. l. 4.* Atque adeo de iis hanc describit formulam Cicero  
*3. de LL.* Censores. Populi Aevitates Soboles. Familias. Pecu-  
-niasque. Censento. Urbis. Tempa. Vias. Aqvas. Aerarium.  
Vectigalia. Tuento, Populi que Partes. In. Tribus. Distribu-  
-unto. Exinde. Pecunias. Per. Civitatis, Ordines. Partiuento.  
Equitum, Peditumque Prolem. Describunto. Coelibem. Esse.  
Prohibento. Mores Populi. Regunto. Probrum. In. Senatu.  
Non. Relinqvento. Bini. Sunto. Magistratum. Quinquen-  
-nium. Habento. *add. fragm. LL. XII, Tabb. de Censoribus ibiq. Go-  
-thofredum. Rosin. l. 7. Antiqu. Rom. cap. 10. p. 352.*

§ 3. Ex qua intelligas duplex mox Cens. obtigisse offi-  
-cium censurae, ut praeter facultates etiam mores Civium in  
ordinem redigerent. De hac quidem perplacet recensio  
*Antonii de Guevarra in Hor. Prin. l. 3. c. 8. p. 474.* quam pro utili-  
-tate non minus, quam potentia ejus declaranda hic adscri-  
-pturus, Mos, ait, laudabilis & antiquissimus, inde à Quintii  
Cin.



Cincinnati Dictatoris aevo invaluerat, ut duo mense Decembri Senatores natu maximi, una cum Censore designato, & qui censura jam functus erat, urbem totam hunc in modum visitarent. Singulis Romanis seorsim accersitis XII. tabularum leges & peculiaria Senatus statuta proponebant, & si quem è tribulibus illa violasse scirent, interrogabant, & ad Senatum rem omnem deferebant, qui (de communi sententia) poenas pro criminum diversitate statuebant. Nec verò criminum praesenti anno admisorum poenam quisquam perolvebat; sed ut imposterum ad frugem se meliorem reciperet, monebatur. Quod si sequens visitatio vanam fuisse commonefactionem ostenderet; ita deprehensus vel gravissima poena, vel interdum exilio adficiebatur. Verba legis tab. V. §. 3. haec erant: Senatus decrevit, populus iussit, adprobant Coloniae antiquae: Si homines tamquam homines anno aliquo peccarint; homines tamquam homines anno isto dissimulanto. Sin mali, tamquam mali non fuerint emendati; boni tamquam boni graviter illos puniunto. Et porro lex dicebat, Prima delicta ignorantiae scilicet vitio commissa tolerantior; continuata verò utpote per desidia aut malitiam admissa, puniuntor. Haec autem mense peragebatur inquisitio, quod mox Jani mense, qui Januarius est, magistratus Romae novi creandierant, ideoque par erat, ut cui dandi vel negandi honores essent, constaret, ne mali pro bonis, aut boni pro malis eligerentur. *Videsis in. Alex. ab Alex. 3. Genial. Dier. c. 13. adde Fenestel. d. l. c. 17. Rosin. d. l. Lips. de Mag. Rom. Bodin. l. 6. c. 1. Godofr. ad rubr. C. de repud. & judic. de moribus sublat. n. 8. & 9. pluresque alios.* Perstitit ea integris viribus ad Clodii usque Tribunatum, in quo sugillata. *Dio. l. 48. Cic. in Pison.* restituta anno U. 70. à Q. Metello Scipione conficienda denuo sub ipsis principibus. Nisi quod longo intervallo revixisse videtur in Decio, qui Valerianum in Senatu



natu Censorem cum infinita potestate creavit, de quo ap. Trebellianus & Pollionem in Valerian. legas. Conatus quoque eandem restituere s. Theodosius, s. Arcadius. Sed à Senatu repudiata est Symacho adnitente & svadente l. 4. Ep. 29. & 45. Lib. 7. Ep. 9. In regionibus nostris olim Censurae loco fuerunt hastarum ludi & Equestrium certaminum Spectacula die Tournier Kirchner. Orat. 25. alibiq; locorum das Mügegericht Christ. Besold. Polit. l. 2. c. 3. § 31. n. 2. & 3. Apud Pontificios hodiernum Inquisitio. de qua Tb. Garzonius Sp. disc. 63. Heinr. A. Cranius de pace relig. part. 2. probl. 2. conn. 2. p. 207. magis quidem efficaciter, quod coercendi non sint destituti potestate, quam sunt antistites apud nos rerum sacrarum, quibus haec ventosa satis relicta est cura Sturm. lib. 2. de admin. bello Turcico. Lips. l. 4. civil. doct. c. 11. Klock. de contrib. c. 17. n. 15.

§. 4. Illa verò quam facultatum diximus originaria fuit summae illius potestatis in Censoribus. Adeoque majestati sese adgregavit sub Principibus. Et Julius statim Caesar censum egisse legitur. ap. Plut. in ejus vita. Octavius etiam Augustus triplicatum, si fides est monumento Ancyrano rerum gestarum Augusti indice de quo J. Lipsius in Auctario Frid. Spanheimius dub. Evang. p. 2. dub. 8. §. 3. p. 163. Sub Claudio quoque Imper. lustrum LXXIV. factum est, itemque LXXV. sub Vespasiano. Bodin. l. 6. c. 1. Post, quod desuisse priscum illud institutum notat CENSORINUS. Quantumvis enim Domitianus Censorem se adpellitaverit perpetuum, nullum tamen condidit lustrum. Quod neque sequioribus accidisse invenimus Imperatoribus qui posthabitis quidem lustri condédi ceremoniis (v. Turneb. ad vers. 7. c. 21.) commoda ejus non omiserunt, siquidem consuetudo agendi census per temporum intervalla prout res exigeret non solum in veteris Romae imperio, sed & novae semper est servata. Isac. Casaub. Exerc. 1. ad adp. annal. Baron. §. 33. p. 1370. Idem §. 31. p. 162. Misos ad id muneris



neris primarios aliquando Reip. in provincias, adnotat, aliquando procuratores quoscunq; p. 127. add. Klock de contrib. c. 17. n. 9. seqq. Enim verò supervenerunt mox Provincialium rebus & Censitores, qui modum agrorum, quem quisq; possidebat, metiebantur, & in Tab. censuales referbant, ex quibus tributum pro sua virili cuiq; praestandi ratio constabat. Gr. ἀπογεγεφείς, τιμηταί, κηνοίτωρες αἱ τὴν γῆν μέτρωντες. Hesychio. Et peraequatores (ἐξισωταί) qui libros censuales emendarent, & onus tributum habita ratione census ex aequo inter cives dividerent. *Is. Casaub. d. Exerc. 1. §. 33. p. 132. f. b. & Ex. 16. ad annal. Baron. p. 399.* Porro Inspectores, qui ad praedia provincialium inspicienda accedere habent, forte ut referant, quae essent deserta, vel male aequata. *Gloss. in rubr. C. de Cens. lit. q. in f. Ac Discussores, qui fortassis quaeritant dominos pro praediis desertis, & quis sit idoneus gloss. in l. 6. d. t. lit. T.*

§. 5. Apud Graecos etiam Imperatores invaluit Magister Censuum de quo l. 41. C. de Episc. & Cler. l. 18. l. 23. C. de Testam. Auctor Notitiae Imper. Occident. sub rubr. de administrationibus quae sub dispositione P. V. habentur.

§. 6. Provincialibus potissimum superposuimus Censitores cum suis cohortalibus (§. 4.) auctoritate Sapientum nostrorum sub tit. ff. de Censibus nem. conc. de immunitate, & c. quos non nisi circa horum gravamina aut exemptiones etiam deprehendimus sollicitos. Varias illi statim pro meritorum in hostes obitâ varietate à victoribus primis expectare habuerunt conditiones, sicut legere est *ad. Jul. Front. lib. de limit. agror. Sigon. passim. Rosin. l. 10. A. R. c. 22. vers. provinciae J. C. Bulenger lib. de tribut. & de Sig. pop. Rom. Fransk. de Laudemiis c. 10. num. 23. C. 7. A. bic th. 18. Wesenb. in b. t. num. ult.* Nec mitiori tamen fato perfuncti quandoquidem

B

dem



dem Augustus Cæsar sublatis aliis provinciarum oneribus tributa ordinaria instituit alia in agros, alia in capita, adfertore Carol. Sigon. de antiquo jure Ital. l. 1. c. 21. Quale rationarium ejus memorat Svetonius & disertis verbis Tacitus *Annal.* à Tiberio prolatum notat libellum Augusti, & recitari jussum, in quo opes publicae continebantur quantum civium sociorumq; in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia, & necessitates & largitiones, quae cuncta sua manu perscripserat Augustus. Eadem habet *Dio lib. 56.* Ex quo illustri avtographo sequiori aevo pervulgata illa reddita, & majora etiam tributa, quae tam personis, quam rebus imponerentur *l. 3. §. 2. ff. de cens. l. ult. §. 5. 7. eod. l. 32. §. f. de usu & usufr. l. ult. §. 8. de mun. & honor. l. 16. c. de agric. & cens. l. 14. c. Theod. de extraord. f. mun.* Illic quidem speciali nomine capitationes dicuntur in *l. un. c. de cap. civ. cens. exim. ibiq; Cujac. & plenius ad l. 8. c. de exact. tribut. lib. 10. & ad l. 1. c. ut rat. ad null. obseq. It. l. 9. c. de agric. & cens. l. ult. §. 29. de mun. & honor. l. ult. §. 7. ff. h. t. & l. 36. c. Theodos. de decur. l. 4. de cens. l. 1. c. de colon. Tbracensibus (ibi: Humanae capitationis censu. Fuit enim alius etiam jumentorum in *l. ult. c. de immun. nem. conced. l. 6. c. Theodos. de collatione donat. vel rel. possesf. adde Nov. 17. c. 8. in pr. ibiq; Gotofredum. Glos. in l. 8. c. de SS. Ecclesiis)* Graecis ἰπινοτάλαια & Germ. Kopff Geld. Lehmanno. der gemeine Schoß oder personen Geld. in *Chron. Spir. l. 7. cap. 100. ibi Schoß und personen Geld noch in voriger Steigerung/darzu jedes paar Eheleute wochentlich 6 Pf. einzele personen Kinder und Besinde jede 3. Pf.* Sic Baldus ex Glos. adlegat, quod rustici olim non tenebantur Imperatori solvere, nisi 26. denarios pro quolibet capite vel fumante. *teste Boerio decis. 304. n. 4.**



§. 7. Quæ verò rebus accedunt propriè dicuntur In-  
dictiones. C. 7. A. de cens. l. 7. auctoritate l. 3. C. de annon. &  
tribut. omnibus omnino fieri solitæ rebus, quæ præter  
immobiles in commercium veniunt exemplo l. 1. §. 1. de R. V.  
l. 1. pr. de acdil. Ed: l. 15. §. 2. de Re Jud. Wisenb. Vol. 2. ad ff. 42. d.  
20. adde Connan. lib. 3. c. 2. n. 11. Bulenger de Trib. & Vect. pop.  
Rom. passim. Rosin. d. l. 10. c. 22. Qvalis etiam collectandi  
modus secundum denarium communem, nach dem ge-  
meinem Pfennig in Imperio nostro obtinuit, quo vide-  
licet omnia omnium & singulorum in Imperio viven-  
tium nomina atq; bona ita recensita fuerè, ut pro habitu  
sui quisq; patrimonii certam pecuniae summam in subsi-  
dia adversus Turcam & alias Imperii necessitates confer-  
ret. R. J. de anno 1495. (quo primitus placuit teste Thom.  
Merckelbach in consil. de contrib. Imper. f. 11.) sic habet. **Wier**  
**Maximilan &c. bekennen ic. daß Bier ic. Uns miteins**  
**ander Vereiniget und beschlossen: Daß die nechst**  
**kommenden 4. Jahre/ und nicht länger/ alle und**  
**jegliche Menschen/ sie sein geistlich oder weltlich/ Frau**  
**oder Mann/ was würdens/ Standes/ Ordens oder**  
**Wesen die sind / niemands ausgeschlossen durch das**  
**H. Reich ganz aus/ jährlich geben wie hernach folget:**  
&c. Duravit, fata quantumvis varia expertus, ad annum  
1603. quo demum collecta secundum Romanam expedi-  
tionem Nach dem Römerzug sub Imp. Rudolpho II.  
in Comitiiis Ratisbonensibus fuit subrogata aevo nostro.  
R. J. de anno 1603. §. Nichts destoweniger 7. & seqq. Limb.  
de Jure publ. l. 4. cap 7 n 54. in addit. ibid Carpz. de Lege Reg.  
cap. 8. Sect. V. n 10. Et qui multa de utilitate utriusq; disqui-  
rit Auctor des wohlgemeinten Discurses / was bey ieris-  
gen Reichs-Tage &c. de anno 1664. Et quæ particulares  
B 2  
aliae



aliae infinitae provincias nostras invaserunt quas nunc  
explicare animus nobis non est ; qui face sic accensa in  
abditiora legis nostrae IV. nihil nunc impediti magis de-  
scendimus.

## CAPUT II.

Elucidat princip. L. nostrae IV. simul ac  
Aestimatum omne.

Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur,  
Nomen fundi cujusq;, & in qua civitate, & quo pago sit,  
& quos duos vicinos proximos habeat: & id arvum,  
quod in decem annos proximos satum erit, quot jüge-  
rum sit: vinea, quot vites habeat; oliva quot jugerum, &  
quot arbores habeat, pratum, quod intra decem annos  
proximos sectum erit, quot jugerum: pascua, quot ju-  
gerum esse videantur: Item sylvae caeduae: &c.

§. I. Quam formam dixit Jctus legem accipiunt In-  
terpretes. Qualiter in genere Formas adsciscunt Imper.  
*in l. decernimus 16. C. de SS. Eccles. l. 1. C. de vendit. rer.  
fiscal. (ubi Godofred n 76.) l. 4. de Jur. Fis. l. 31. de admin. Tut.  
Edicta Praef. Pr. etiam formae seu rōmō adpellantur, ut est  
in Nov. 165. 166. 167. 168. 7. L. formam C. de off. Pr. Pr. Cr. l. 3. C.  
de canon. largit. titul. lib. 10. quas & ipsas vim legis habere  
docuit Godofred. ad d. Nov. 166. ex l. 2. C. de Off. P. P. Or. l. 16. C.  
de judic. l. pen. C. de fidej. Latè Cujac. 6. observ. 10. In rem  
praesentem directoria quaedam Officii Censitorii ex la-  
cunis Ciceronianis educo: Ita ille pro L. Flacco: Illud  
quaero, sint ne ista praedia censui censendo: habeant jus  
civile: sint, nec ne sint, mancipi: subsignari apud aera-  
rium, apud censorem possint: in qua tribu deniq; ista  
praedia censuisti? Commisisti tempus aliquod gravius ac-  
cidis-*



cidisset, ut ex iisdem praediis & Apolloniae & Romae im-  
petratum esset tributum. Verum esto: gloriosus fuisti, vo-  
luisti magnum agri modum censi & ejus agri, qui dividi  
plebi Romanae non potest. Census est praeterea nume-  
ratae pecuniae centum triginta HS. millia. Eam opinor  
numeratam non abs Te. Sed haec omitto. Census es  
mancia Amyntae, neq; huic ullam in eo fecisti injuriam.  
Possidet enim ea mancipia Amyntas, ac primo quidem  
pertimuit, cum te audisset servos suos esse censum. Re-  
tulit ad Jctos. Constabat inter omnes, si aliena censen-  
do, Decianus sua facere posset; eum maxuma habitu-  
rum esse dominia &c.

§. 2. Census autem hic librum notat, cui bona censu-  
alia inscripta sunt, qui & aestimationem continet. Archi-  
vorum ac census tabulas, uti est in §. 1. hic, & in l. 12. de censu.  
& peraequat. C. Theodos. l. 10. de probat. Cassiodorus va-  
saria publica vocavit l. 7. variarum c. 45. quae alioquin pe-  
cunias designant, quae dabantur Magistratibus in provin-  
cias euntibus, ut equos, mulos, vasa suppellectilem & coe-  
tera necessaria sumtu publico emerent, adnotante P. Gre-  
gorio. l. 3. de Rep. c. 4. n. 9. Doctores adlibrationes vocant  
Panciroli. Thesaur. var. lect. l. 2. c. 191. & catastra, Bart. in l. 4. de  
censib. forte à Graeco vocabulo *κατάστασις* quod significat  
renovare, eò quod quinto quoque anno fieret renovatio,  
seu aestimatio bonorum, quae quisque possidebat. A. Pe-  
rez. in praet. Cod. de annon. & tribut. n. 4°. Germ Saal  
Bücher/à Sala, h. e. aula seu Basilica, quod in eo praedia,  
quae aulae Regiae censum praestant sint descripta ex A-  
ventino & Frider. Martini Besold. Thes. Pract. V. hae Zeit.  
part 1. Ep. 75. sub f. p. 212. Item Anlag Steuer. oder Einlags  
Register/ Schatz Schoß. Rent. Erb. Ambt. Gerichtsbücher.



*Klock de contrib. c. 17. Bocer. de collect. n. 16.* Vulgatius aesti-  
mum dicimus (quomodo & Aestimas loco aestima-  
tionum dixisse veteres testatur Pratejus) quia aestima-  
tionem cuiusq; patrimonii continere debet, ut exactius à  
quovis possessore tributum solveretur. *l. 3. c. qui bon. ced.  
pos. iniquissimum* enim esset, alium pro alio conveniri, &  
onera collectarum non aequaliter distribui, sed alium mi-  
nus, alium gravius hisce exactiōibus praegravari. *l. pen. c.  
de annon. & tribut. l. 10. & passim c. de fund. patrimon. lib. XI.*  
quod quidem sine bonorum aestimatione vix aequum  
fiat. *Klock. de contrib. n. 54. c. ut supra.*

§. 3. Nec fiat illa satis aequum nisi bona singulorum  
prius fuerint descripta secundum formam *TEXTUS NO-  
STRI*, quem proinde aureis litteris ad Cameram colle-  
ctantium scribendam monuisse *Thomat. tr. de muneribus §.  
retenta, l. 7. refert Klock, c. 17. n. 23.* Ita enim illic omnia con-  
gesta sunt aptissime, ut nihil plane praetermissum vide-  
atur quidquid utilitatem aliquam praedio afferre possit, ad  
quam determinantur onera. *l. fructus 13. c. de act. emt. l. 2. c.  
de annon. & tribut. l. omnes 3. ubi Baldus & Sal. c. sine censu  
vel reliquis & c. l. 3. c. de praed. & aliis reb. navicul. Klock. c. 14.  
n. 100. & seqq. c. 17. n. 48, Dn. Brunnerman ad l. 1. c. de annon. &  
tribut. lib. 10.* Sic fundus unius cuiusq; describitur non tan-  
tum quoad nomen, sed & quoad situm loci atq; regionis,  
cum non omnis ferat omnia tellus juxta Maronis consi-  
lium *1. Georg.*

Prædiscere morem  
Cura sit; ac patrios cultusq; habitusq; locorum  
Et quid quaeq; ferat regio, & quid quaeq; recuset.  
Hic segetes, illic veniunt felicius uvae:  
Arborei foetus alibi, atq; in iusta virescunt  
Gramina.

Sed



Sed & quoad confinium; quod sine Judice sic regere poterat privatus, secundum disidentes licet Dd. Bartolum: & Aretinum ex una: Paulum Castrensem verò Socinum, ex alterâ parte *ap. Pancirol. l. 2. c. 151. in fine.* Sic porro ager arvus (secus ac novatus in c. quid per novale 21. de V. S.) secundum jugera sua deteminatur: Jugerum est mensura ducenûm quadragenûm pedum in longitudine, & centum vicenum in latitudine Varro *l. 1. de re rust. Columel. l. 5. c. 1.* quae summae inter se multiplicatae faciunt pedum quadratorum duo detriginta millia & octingenra, (eine breite Lands von 28800. *Schuen Bas. Faber in Thes.*) Plinio dicitur agri spatium, quantum uno per diem jugo boum exarari possit. Unde nomen quoque jugeri ortum *Alciato* putat in *L. mille passus d. V. S.* Sed Varro & Columella docent, nomen ab eo accepisse, quod sit junctum duobus actibus quod satis. Actus enim quoque versus pedum est centum vicenum: hoc duplicatum efficit jugerum. *Oetinger de jur. limit. lib. 1. c. 14.* Pro singulis jugeribus viginti & alicubi pro triginta praestabant chlamydem unam militibus dandam, quae aureo aestimabatur. *Pancirol. lib. 2. var. lect. c. 151.* decimam alii, dein quinquagesimam frumenti, quadragesimam hordei, & vicesimam vini & lardi pensitabant *l. 9. C. de suscept. praepos. arcar. l. 10. L. 7. C. de erogat. milit.* Ut ergo sciretur quantum quisque sereret, quot vineas haberet, haec oppido faciunda erat descriptio: sicut & reliqua fructuum omnis, ut possit fieri *ἐπιβαλή* seu peraequatio justissima, ad quorum quidpe quantitatem quilibet subire habet onera dicente Bartolo *in l. pro locis C. de annon. & tribut.* & stabilivimus supra.

§. 4. Sic erat omnino suprema hic opus diligentia. Fit enim catastrum ad finem quotizandi, & qui ita se in aestimo



mo describi patiuntur, eo ipso se obligant ad solutionem  
in scriptae quantitatis: quae obligatio siue ex communionis  
quasi contractu sit, seu aliunde secundum *l. 4. C. de agric. &  
cens.* necessitatem ubiq; solvendi ac praestandi continet  
*Klock. d. c. 17. n. 38 & seqq. Dn. Richter. velit. Acad. 24. membr. 4.  
n. 19.* in quantum in scriptis & in registrum aestimi relatus  
est. *Perez. d. l. n. 40* contracta eo etiā hypotheca publica, uti  
post Baldum in *l. si negotium C. de negot. gest. tradit Thomae,  
tr. de collectis. §. sane n. 7. & 11. id. coll. Ar. jur. ad Tit. in quib.  
causis pign. l. hypoth. c. 7.* quae semper cum re transeat. *l. fin.  
C. de praed. & omnibus reb. navic. adde Bicc. Nucl. Coll. Arg. ad  
b. t. de cens.* Et ideo possessores etiam praeteriti temporis  
tributa solvere debent siue ipsi debitores sunt, siue non,  
quia semper est verum praedium debere & manere ob-  
noxium. *Perez. ex mente Despeis. in Cod. de indict. n. 35.* Sic fa-  
cit etiam catastum plenam fidem. *l. census. 10. ubi Godof. de  
probat. l. 2. C. de fund. rei priv. l. 4. C. de fid. instrum. l. 1. C. de ex-  
act. tribut. C. ad audientiam ubi Da. d. praes. Auth. ad huc C. de  
probat. Berlich. pag. 1. decis. 36. num. 18. Dn. Richter. cum alleg.  
d. Velit. Acad. 24. n. 20.* Ut licet in eo positus alienaverit res  
in eo descriptas, cogatur tamen solvere pro possessore,  
donec in aestimum e mentis nomine sint relatae *Klock. n.  
88. Perez. in Tit. de annon. n. 41. per l. ult. C. Theod. sine censu l.  
reliq.* Imo si alienatio illa in non idoneum facta sit, non  
praedjudicat civitati, utpote quae fieri debebat in aeq; ido-  
neum, alioqui non liberat venditorem à solutione colle-  
ctarum in re vendita quam opinionem communem vocat  
post Bartolum & Baldum, cum Natta, Alvar. Valasc. Trenta-  
cinque aliis, *Klock. n. 89. d. c. adde Dn. Brunneman. in Authen.  
sed & periculum. C. sine Censu l. reliq. fund. & c. compar. non  
posse. Wisenbach. ad l. 2. in f. C. eod.*

Omnia ipse qui defert, aestimet.

§. 5.



§. 5. Debet in hoc ulterius possessor civitati fidem integram, uti omnia rite percenseat, sive id virtutis agat amore. B. Gerhardus *Loc. de magistr. Pol. §. 476. Et seq. Stapletonus in Prompt. Mor. Dom. 22. post festum Pentec. sive etiam formidine poenae, quam census crimen (de quo supra) ingerebat. Poena inquit Gregor. l. 3 de Rep. c. 4. n. 13. de incensis. i. e. de his, qui se censeri bonaq; aestumare nollent, vel mala fide minoris quam valerent aestumari paterentur ex lege à Servio Tullio lata, teste Livio cum vinculorum minis mortisque; Dionysius verò Halicarnas. nempe, inquit, ut publicatis bonis verberati venderentur. Et Zonaras, qui se aut bona sua in censum non detulissent ipsos à Cosi bona à Censoribus venundata scribit. Unde Ulpianus inter vindicias censum quoq; numerat. Et puto potuisse etiam constringi quemlibet ad aestimum recte faciendum. arg. l. 2. C. quando Et quib. quart. pars deb. Et c. ex bon. Et c. l. 10. Klock. de contrib. cap. 11. Dn. Brunneman. ad d. l. 2. c. Et quem adlegat Carpz. l. 4. Resp. 74. n. 11. seq. Perez. ad T. C. de tribut. n. 39. Domi nostrae tale quid omnibus ac singulis praescripsit Rec. Imper. Spir. de anno 1544. §. 59. Daß ein jeder Chur-Fürst/ auch Fürst / geistlich oder weltlich / bey seinen Fürstlichen Würden und Pflichten / damit Er uns / und dem heiligen Reich verwandt und zugethan ist / und sonderlich bey seinen Christlichen Gewissen / sich selbst erinnern / und nach Vermölg dieses Anschlags und Ordnung / sein gebührende Anlag / von allen seinen Haaben und Gütern / beweglichen und unbeweglichen / sie seyn oder liegen / wo sie wollen / ausserhalb oder innerhalb des Reichs / gewißlich und getreulich in der constituirten Einnehmer Truhen ungezehlet einwerffen / oder angeregter massen und gestalt einwerffen und entrichten lassen soll. §. 60. Aber ein Prelat / Prelatin / Graff /*

E  
Frey



Freyherz/und von Adel / Fürsten-Räthe / auch Bürger-  
meister / Schultheiß / Rath und andere Bürger/  
und der Frey- und Reichs-Städt / auch ansehnlicher  
und fürnehmer Chur-Fürsten / und Fürsten Städte/  
sollen erstlich / nemlich ein Prelat / Prelatin / Graff/  
Freyer/Herz/uß von Adel/einer Person seinem Stand  
gemäß/und die andere den verordneten Einnehmern/  
vor welchen sie ihre Anlag laut dieser Ordnung ent-  
richten sollen / bey guten wahren Treuen / an eines ge-  
schwornen Eyds statt Hand-Gelübt und Untastung  
thun/ daß sie alle ihre Haab und Güter / liegend und  
fahrend/sie seyen inderhalb oder aufferhalb des Reichs/  
ihrem besten Verstande nach/ geschätzt / und davon die  
Anlag obbeschriebener unserer Satzung und Ordnung  
gemäß/entrichten und bezahlen wollen/solche auch also  
bald in Gegenwartigkeit der Einnehmer/in die verord-  
nete Truben einwerffen/und das Geld darzuschiesfen/  
oder zehlen zu lassen nicht schuldig seyn / 2c. *Qua super  
re totâ praeclare Machiavellus lib. 1. de Rep. c. 55. si quando  
pecunia opus habent (Germani) ad usus publicos, tunc tri-  
butum indicunt jubentq; unum quemq; prout ditior, aut  
minus dives est, plus aut minus solvere, videlicet centesi-  
mam unam, aut duas suorum bonorum partes. Quâ re  
per Magistratus ita constituta, vocantur singuli & juramen-  
to primum adstricti se tantum soluturos quantum se intel-  
ligant debere, pro quantitate, suarum opum ratione, in ar-  
cam illud conjiciunt quod se debere putant, nec quisquam  
testis adhibetur ad probandum, quod juste solverit tan-  
tum, quantum ejus opes requirant, quam cujusq; consci-  
entia: ex quo facile est cognoscere, quantum in hisce ho-  
minibus antiquae pietatis & morum bonitatis adhuc insit.*  
*Klock. de contrib. cap. 17. n. 77. & c.*

§. 6. In



§. 6. In universitate tamen Imperii delationes hae  
 nunc non obtinent, *Limn. Enucl. Lib. 1. cap. V. n. 22.* postquam  
 Matriculae jam statutum habeant singulorum collectatio-  
 nem ad modum Expeditionis Romanae seu rectius nunc  
 Turcicae (cui saepius praetenditur) de qua conferatur  
 Matricula de anno 1567. & qui illam exhibet *W. Becker. Et*  
*cum hoc Dn. Reuterus in Syn. J. Publ. l. 2. Reinking. de Reg. S. Et*  
*E. l. 1. cl. 3. c. 8. n. 29. Et class. 5. cap. 4. n. 200. Et seq. Besoldus in Thes.*  
*Pract. v. Römer. Zug.* Similiter provincialium hodie se  
 habere indictiones planum faciat *ornamentum seculi*  
*nostri, Illustris ac Generos. Dn. à Seckendorff*  
*in Teutschen Fürsten. Stat. part. 3. p. 450.* Es seynd aber  
 in den meisten Landen schon vor vielen Jahren gewisse  
 Steuer-Anschläge und Register gemacht / und die lie-  
 gende Gründe / Güter / und andere beständige Nuzun-  
 gen der Unterthanen / darin verzeichnet / und auff eine  
 gewisse Summ angeschlagen / da denn von jeden Tha-  
 ler / Bülden oder Schocken ein gewisses zur Steuer  
 obengedachter massen gewilliget und gegeben worden.  
 item p. 452. Anderstwo da die Steuer-Register auff die  
 liegende Güter und darauf haffende Nuzungen / und  
 etwa auff das Vieh ausgeliehnen Parschaft auch Ge-  
 werb und Handthierung gerichtet werden / ic.

### CAPUT III.

#### Vitia censuum emendat ex §. 1.

Illam aequitatem debet admittere censitor, ut officio e-  
 jus congruat, relevari eum, qui in publicis tabulis delato  
 modo frui certis ex causis non possit. Quare, & si agri por-  
 tio chasmate perierit, debet per censitorem relevari. Si  
 C 2 vites



vites mortuae sint, vel arbores aruerint: iniquum eum numerum inseri censui. Quod si exciderit arbores vel vites: nihilominus eum numerum profiteri iubetur, qui fuit census tempore: nisi causam excidendi censitori probabit.

§. 1. Cum Princeps suis neglectis publicas res ubiq; curet, universumq; suum otium ad ea impendat, quibus non solum ipse, sed & quae nostra sunt salva fiunt, juxta illud:

*Excubias grus sola gerit, pars coetera dormit*

*Tuta, nec infidos sperat ab hoste dolos.*

*Florent. Schonhov. Embl. 22.* Propterea ab antiquis temporibus communi omnium sententiae Principem debere à nobis sustentari visum est. *L. bene à Zenone c. de quadrien. praescript. Chrysof. sermon. 23. in Ep. Rom. Gerhard. de Mag. Pol. §. 477. p. 479. a.* Quod haecenus in Censualibus fieri perspeximus, super conscientia subditi uniuscujusq; in sua civitate & pagis: ut sic tota provincia Principis videatur esse arca quod *Afflictus refert ex mente Polycrat. in rubr. quae sint Regal. q. 7. n. 85.* ex qua universa extrahi debet quidquid communis utilitas tutelae Imperii requirit. *Klock. de contrib. c. 7. n. 12.* Quod enim ad omnes pertinet, nemo recusat *C. quod omnes. 28. d. R. l. in 6.* modo intra terminos justitiae distributivae aequale ad omnes officium derivetur. *l. 29. §. 2. ff. pro soc.* Ex cujus natura non solum gravare Censitori aequum fecit *J. C. l. 1. c. de censib. l. 4. c. de exact. & Trib. l. 1. c. de indict. cum simil.*

Id quod ex Capite Prudentiae *Cassiodorus l. 4. var. in Principe* commendat, ut illius proprium sit imminutis relinquere tributariam functionem, ut rediviis studiis ad implenda solemnia recreentur qui pressi damnorum acerbitate defecerunt, in detrimentum corporis dominici; siquidem ex mente *Tb. Mori.* *Totum*



Totum est unus homo regnum, idq; cohaeret amore

Rex caput est, populus caetera membra facit.

Rex quot habet cives (dolet ergo perdere quemquam)

Tot numerat partes corporis ipse sui.

Cujusmodi curationem universis etiam provinciis Justinianus aliquando insignem fecit in Nov. 147. 148. quod fecerant ante eum Tiberius, Pertinax, Hadrianus aliique ap. Pet. Greg. l. 3. de Republ. c. 9. n. 12. seqq. Schönborn. l. 4. Pol. 21. Et obvenit eadem singulis ex recognitione Cens. in singula quinquennia referente Pompon. Laeto de Magist. Rom. c. 21. Utpote quae intra facilis erat mutatio praediorum. Perez. in C. hic n. 13. Knichen. in Encyclop. c. 10. n. 208. fac. l. omnes C. de collat. l. indictiones. C. de annon. l. pretia rerum. 63. ff. ad leg. Falcid. Aliis forsitan praes aliis adauctis s. imminutis magis: ut utroque reformandis locus esset professionibus. Cum n. delatio census ex jure fructuum dependeat (uti diximus supra & est in l. un. C. de vacat. mun. l. omnes. C. de annon. & tribut. l. fructus. C. de action.) in aprico oppido positum est, illorum s. augmentum s. imminutionem jure levamen aut onus exactionum expectare. Sicut enim ob rerum angustiam a contributionibus eximuntur plane pauperes juxta l. cura 4. S. in ops. de mun. & honor. Aegid. Thomat. tr. de collect. S. pauperes f. 400. Vasq. illust. q. 41. n. 4. ubi enim patrimonium fructusque nulli, ibi nec collectis locus relinquitur, cum non Entis nullae sint qualitates, nulla accidentia dic. Klock. c. 13. sect. 2. num. 58. ex L. si Titio. 22. qn. dies legat. & Germ. Da nichts ist/da hat der Kaiser sein Recht verloren. Ita porro aequitas in depauperatis tamquam in pari causa paria jura relevationum desiderat. dic. Cicer. in Topic. & rescripserunt Imperatores Arcadius. Honor. & Theodos. A A A. Caesario P. P. Hi quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores pro terris quas possident tributorum



praestationem agnoscant in l. 2. C. de alluvion. Nam cui accrescit emolumentum, illi accrescit & onus, & e contra, uti rectè advertit *Glossa ex l. fin. C. sine censu l. 1. in f. C. nov. vectigal. instit. non poss. § l. Impm 17. de servit. rustic. praed.* Et qui hinc deplorant patrimoniorum detrimentum alieno saltem functionis onere rectè liberantur d. l. 2. C. de alluvion. *facit arg. l. si merces. §. vis major ff. Locat. L. licet C. eod. C. propter sterilitatem X. eod.* Et in genere relevandum dicit Ulpianus noster, *qui in publicis tabulis delato modo frui non possit.*

§. 2. Ex quo infert ad chasmatis destructionem, quo si perierit res, debet per censitorem relevari. Est autem chasma alibi terrae hiatus, quales in terrae motibus existunt in l. 47. §. f. de legat. 1. & perorat Seneca l. 6. Nat. quæst. cap. 9. de terrae motu disputans: Alii (inquit) in igne causam quidem esse, sed non ob id judicant; sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quæque consumat; quæ si quando exesa ceciderint, tum sequi motum earum partium, quæ subjectis adminiculis destitutæ labant, donec corruere, nullo occurrente, quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur &c. quomodo ad coelestes etiam aperturas translata vocem cognoscas latius ex B. Fabio in Thesaur. bic. it. Pratejo. Schardio, Calvino in Lex. Jurid. hac voce.

§. 3. Huic vim omnem calamitosæ tempestatis addiderim rectè ex l. 15. §. 2. ff. Locat. & incursum etiam hostium puta si agri bellorum injuria deserantur vel aliis acquirantur. Cui enim eo modo aliquod prædium abscedit, ultra vires suarum rerum quas adhuc possidet, gravari non oportere, sed remissionem pro rata bonorum amisforum mereri tradit A. Gail. lib. 1. Obs. 21. n. 18. Quod idem de aliis  
casi-



casibus fortuitis adseruit *Klock. c. 17. n. 137. cum alleg. Romano Cravetta, Menochio, Wesenbecio aliisq. auctoribus multis. fol. 415.* Ipse Ulpianus etiam super incidente agris sterilitate concludit, puta si vites mortuae sint, vel arbores aruerint iniquum eum numerum inseri censui, quod non fructificent domino laboranti; unde tamen censendi erant. *Lancell. Gallia & alii allegg. Dn. Klock, d. c. 17. n. 58. seqq.* Qua ratione tradunt in genere neminem cogi solvere intributiones pro rebus sterilibus, quae fructum nullum proferunt ob sterilitatem post *Mynsing. resp. 1. n. 30. decade 15. Socin. juniorum Cons. 33. n. 12. vol. 3. Natam cons. 418. n. 7. id. Klock. c. 11. n. 65. f. 256. id. cap. 13. n. 61.*

§. 4. Sed deficientium his aliisve modis portionem quis ferat, quaeras? an Princeps; an vero ea coeteris tributariis superindicatur? Ubi ab initio quidem aestumum constituendi certum est, qui fundos habet fertiles, opimos ac quaestuosos, magis debere conferre, quam qui debiliores possidet, quod forsitan *Klock. c. 17. n. 98.* supplere dixerit defectum sterilium; Postquam vero quantitas praestationum civitati (einer Commun) semel adhaerere coepit, simul ac sublevatio publicae necessitatis pro rata sui; deficientias has quis ferat in dubio est? *Stephanus Durantius Quaest. not. qv. 18. n. 2.* putat, quod princeps subducere debeat *arg. l. hac definitione c. de omni agro deserto & hac ipsa l. & §. nostro quem refert Job. Jac. Speidelius in Spec. var. Jurid. Polit. Histor. Observ. Notab. V. contribution. fol. 238.* addens in casu quo praedia inutilia sunt prorsus Jure Civili constitutum non esse deficientium portionem coeteris tributariis superindicere. Consulendi *Dd in l. 4. c. de cens. item q. t. t. c. de omni agro deserto & quando steriles fertilibus imponuntur.* Non male autem videtur distingvi posse, num Collecta civibus ut singulis sit imposita; an vero Universitati: tunc



ante enim reliqui onus agnoscere debere videntur si fe-  
rendo sint. Vid. Körenstrunck von Anlage Contributio-  
nen &c. & Responsum Facult. Jurid. Marpurg. dicto tracta-  
tui subnexum in Resolut. quæst. III. in Ratt. decid.

§. 5. Illud saltem adhuc noto ex omni impossibilium  
specie imminere catastro certissimam mutationem l. 2. ff.  
de cens. aut revisionem juxta l. 4. c. b. t. l. 1. c. de apoch. publ. l. 1.  
c. de off. com. Sacr. Largit. Brunnem. ad l. hanc 4 ff. n. 13. Quam  
adeo matriculis etiam sacri Imperii non ingratis accide-  
re novimus ex frequenti inculcatione *Recessum Imper. de*  
*Anno 1512. 1524. 1529. 1581. 1542. 1548.* §. Und nachdehme sich  
etliche Chur-Fürsten / Fürsten und Stände auf viel-  
gehaltenen Reichs-Tagen / ihrer Reichs-Anschläge  
zum höchsten beschwehret / und umb zimliche billige  
Kingerung unterthänig angesuchet / derer sie auch  
mehr denn zu einem mahl gnädiglich vertröstet wor-  
den sind ꝛ. item habent *de an. 1576. 1589. 1594. & seqq. ferè o-*  
*mnnes.* Ut post instrumentum Pacis etiam nunc tricis foveat  
Matricula quod patet ex *R. I. anno 1654 §. 195.* Damit aber  
auch die hinterbliebene und auff nechstkünfftige ge-  
meine Reichs-Versammlung verschobene materien / son-  
derlich aber die zu welcher Erledigung ein mehrere in-  
formation aus den Creysen von nöthen / bey künfftigen  
Reichs-Tag desto besser und geschwinder richtig  
gemachet werden mögen. So wollen wir immittels /  
wie wir uns mit ꝛ. an alle Creys ausschreibende Chur  
und Fürsten gnädigste Erinnerungs-Schreiben aus-  
fertigen und abgehen lassen / damit in puncto modera-  
tionis matriculae bey jeden Creys gebührende informa-  
tion eingezoget / und hiebey den Reichs-Abschiede de  
anno 1581. nachgegangen ꝛ. werde. adde elegantem de  
hae materia discursum Speidelii in *Notab. V. matricul. f. 846.*  
    & seqq.



Et seqq. & sequuntur jure merito universitatem Imperii,  
quae illi sub alternae sunt coeterae, uti tradit in terminis  
post multos *Dd. Klock saepe dicto c. 17. n. 134. Et seqq.* Et to-  
statur de observantia *Illustr. Dn. à Seckendorff. d.*  
*part. 3. pag. 451.* ibi: dieselben Register und Anschlä-  
ge werden auch je zu Zeiten durch gewisse Personen  
und Commisarien aus des Landes-Herrn Râthen/  
Cammer-Berwandten und Landständen auff das  
neue revidiret/so sich etwas daran vermehret oder ver-  
mindert/Enderung getroffen der Leuthe ferner Ver-  
mögen der Gelegenheit nach darzugebracht ic.

§. 6. Caeterum quando culpa possessorum praedia steri-  
lescunt, ut si incultum jacere permittant, aut etiam exci-  
dant arbores vitesve, nulla diminutio fieri debet *b. §. nostro*  
*l. 2. ff. de censibus. l. hac definitione c. de omni agro deserto. Pe-*  
*rez. ad c. de cens. n. 7.* Sicuti enim diligentia damnosa non  
est arg. *c. 10. X. de decimis c. 1. Et 21. X. de V. S. Perez. de alluvioni-*  
*bis n. 7. Et 8. l. f. c. de alluvion. ubi late Glosa litteris m. Et n.*  
Nam cum labor in damno est mortalis, crescit egestas. Ita  
etiam negligentia nemini lucro esse debet, aut prodesse  
cuiquam dolus, cui semper occurrendum *l. 2. ff. de dolo ma-*  
*lo.* Quomodo Impp. praeterea poenas utrimqve super-  
imposuerunt temeratoribus, ut desertor quidem post bi-  
ennii tempus emensum omnis dominii & possessionis ju-  
re careat *juxta l. 8. c. de omni agro deserto.* Quisquis verò vi-  
tem succiderit, aut feracium ramorum foetus vetaverit,  
quo declinet fidem censuum, & mentiatur callidae pau-  
pertatis ingenium, mox detectus, competenti indignatio-  
ni subjiciatur, *l. 2. c. de cens.* Nota tamen potuisse aliquan-  
do causam excisionis censitori probari, si scilicet ampu-  
taverit super vacua sarmenta vel ramos luxuriantes aut  
D arbo-



arbores copiosè succrescentes confirmante *Dn. Brunne-*  
*manno*, *ad b. l. 2. c. de cens.* qui item cum ea concludit,  
quod excisio arborum licet aliquando sit culpae species  
*juxta l. 25. §. 5. ff. locati*, aliquando tamen sit boni patris-  
fam. officium.

## CAPUT IV.

### Summat §. §. omnes superstites.

**R**udis hisce penicillus instat, dum irruentia domestica  
mala animum gravius percutiunt, atq; adeò alienant  
plane cogitationes ab incepto audacter magis quam felici-  
ter proposito: ut ita vix aliud, quam contrahere liceat  
postmodum reliqua nostrae L. ad instar conclusionum,  
quarum prima erit:

Professio agri agrum sequitur: ideo eo loci facien-  
da quo ager situs est, §. 2. hic ubi *Gottofr. Gail. lib. 2. obs. 52. n. 11.*  
*Brunneman. ad b. l. 4. num. 14.* Sic collectae mere reales in  
loco, ubi praedia sita sunt, explicari debent *Card. Thuscus*  
*Pract. Conclus. lit. O. conclus. 133. num. 3. Klock. cap. 11. num. 30. in*  
*limit. 2. regulae traditae*, quod cives omnium bonorum  
quae quovis in loco habent aestumatione facta in loco do-  
micilii agnoscere debeant & c. *d. l. num. 17. juxta R. Imper. de*  
*Anno 1542. §.* Damit auch solche Ordnung. ibi: daß ein  
jeder allein an den Ort / da er geseßen / sein Anlage zu  
dieser beharlichen Türcken-Hülffe gebe von allen sei-  
nen Hab und Gütern / so er allenthalben hat unver-  
hindert / wo die sind oder liegen.

2. Quae circa notabilis est observatio *Meichsneri th. 2.*

l. 1.



*l. 1. dec. 6. sub. n. 78.* quod, ubi collecta imponitur ab eò, qui habet juris dictionem in omni loco uniformem ut à supremò Principe, tunc collectam quis solvere debet pro omnibus rebus quas habet ubique: Ubi verò imponitur ab alio inferiore, tunc collecta pro rebus extra territorium sitis extendi non potest eò quod bona subjecta ipsius jurisdictioni non sint *arg. l. f. de jurisd. l. 12. § is qui possidere. de bonis autbor. jud. possident.*

3. Intributiones, quæ agris fiunt vel aedificiis possessoribus indicuntur *l. 6. §. 5. de muneribus*: ubi notat Gothofr. forenses ad collectas s. onera personalia non teneri cum citatis *n. 78. ad desis late Klock. cap. 13. num. 1. & seqq* Et nota *Gailium* qui notanter limitat de consuetudine contraria quam admittit post multos *Dd. lib. 2. Obser. 52. num. 18. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 4. num. 220, 221. Speidel. V. Steuer §. regulariter f. 1189.*

4. Immunitas data civitati realis est, & ad posteros transit. *§. 3. hic l. 3. §. 1. eod. l. 169. de R. Juris vid. C. J. A. lib. 50. tit. 50. sb. 5. Brunneman. hic n. 15.*

5. Quando Princeps alicui ex civibus cujusdam loci concessit immunitatem & privilegium non solvendi collectas vel contributiones, daß er einen Steuer oder Contribution frey machet / ejusmodi immunitas concessa caeteris qui tributum debent non nocet, sed Princeps partem privilegiati subducere & acceptam ferre debet. Secundum *l. omnes c. de annonis. l. 1. C. Ut nullus ex vicaniis & c. l. hac definitione C. de omni agro deserto. Cap. 11. de Eccl. adificandis.* Quod *Speidelius* exemplis Theodorici Regis ex *Casiod.* & Regum Galliae quoad Academiam Tholosanam ex *Durantio* illustrat in *notabilibus V. Contribution. fol. 238.*

6. Si



6. Si possideo fundum alienum & professus sum pro eo: licet verus dominus non sit professus, non perdit propter hoc actionem in rem §. 4. *hic.*

7. In servis deferendis observandum est, ut & nationes eorum & officia & artificia specialiter deferantur §. 5. *hic.*

8. Item & lacus quos quis habet: item salinas item inquilinos vel colonos quos quis in praediis habet debet deferre, ut ne vinculis censualibus teneatur. §. 6. 7. & 8. *hic.* Res enim omisa in fiscum committitur. C. A. 7. *hic. tb. 4. Glos. in h. l. 4. ff. lit. c.* Seriem alioqui rerum censualium totam exhibet *Klock. c. 17. n. 57. & seqq. ad 74. p. 480.*

9. Post Censum edictum & ante consummatum nata, quaesita etiam profiteri oportet. §. 9. *hic. c. 7. A. de censibus. sbef. 3.*

10. Potest quis veniam petere ut sibi emendare censum liceat, ex quo tamen praejudicium non patitur, si emendatione opus non fuit. §. 10. & *ult. hic. ubi Glosa ad mentem Francisci V. FORMA in f.*

Quibus nunc emensis, immensas DEO T. O. M.  
persolvimus grates: canimusq;  
laudes.





ULB Halle

3

001 554 379




SB


1011











B.I.G.

Farbkarte #13

B. V.  
PTIONES  
IALES

auctoritate  
i Jctorum

torali ad Albim  
raesidio

RI  
sultissimi atq<sub>3</sub> Excellentissimi,

MI LEISERI,  
famigeratissimi, Cu-  
Facultatis Jurid. Adsesoris lon-  
ANI SPECTATISSIMI,

ac Promotoris usq<sub>3</sub> deven-  
adi,  
mini subjiciet

Mitternacht/Geranus.

z R.  
Anni 1671.

Jctorum.

BERGÆ,  
IS MEYERI.



*Sib. L. Cato*

